

CL. inrides in re tanta neque me consilio quicquam adiuvas?

SY. immo et ibi nunc sum et usque id egi dudum dum 30
loquitur pater;

et quantum ego intellegere possum . . . *CL.* quid? *SY.* non
aberit longius.

985 *CL.* quid id ergo? *SY.* sic est: non esse horum te arbitror.

CL. quid istuc, Syre?

satın sanus es? *SY.* ego dicam quod mi in mentemst: tu
diiudica.

düm istis fūisti solu', dum nulla alia delectatio

quae propior esset, tē indulgebant, tibi dabant; nunc filia 35
postquamst inventa vera, inventast causa qui te expellerent.

990 *CL.* est veri simile. *SY.* an tu ob peccatum hoc esse illum
iratum putas?

CL. non arbitror. *SY.* nunc aliud specta: matres omnes
filiis

in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria

solent esse: id non fit. *CL.* verum dici'. quid ęrgo nunc 40
faciam, Syre?

SY. suspicionem istanc ex illis quaere, rem profer palam.

995 si non est verum, ad misericordiam ambos adduces cito,

aut scibi' quoiu' [sis]. *CL.* recte suades: faciam.— *SY.*
sat recte hoc mihi

in mentem venit; nam quam maxume huic visa haec suspicio

997^a erit *vera*, quamque adulescens maxume quām in minima spe 44^a
situs